

muy

muy

cal

jin

muy

yufan

na

muy

far 11 gom fügomez

no quiero.

poraprisen

posta

bonito

muy

to packe

**C**Interpretationes seu somnia Danielis Prophete; reuelata ab angelo misso a deo.

**C**Primo de diebus Lune.

**P**RIMA die videlicet Lune creatus est Adam. Si quis illa infirmabitur die; logo tpe iacebit in infirmitate; tñ liberabitur. Somnia que videris in gaudium reuertentur. Infans si ea die natus fuerit vitalis erit. **C**Secunda die facta est Eva. Bonum est naues ascendere. Iter facere. Hospitium petere. Propagines facere. Petitiones facere. Hortos astrarere. Terram pscindere. Seminare. Furtum factum cito inuenietur. Siquis infirmabitur cito renalebet. Somnia nullum effectum habent. Infans si natus fuerit cito et fortiter crescat. **C**Tertia die natus fuit Laym. Illa die de omnibus agendis nihil construere debes nisi solum id qd vis ut non rescasas; sed potius extirpare debes ea que non vis ut amplius nascentur. Infirmus ad extremi debilitatur; tamen deliberabitur. Somnum nullum habet effectum. Infans si natus fuerit cito morietur. **C**Quarta die natus est Abel. Omne opus incipere bonum est. Molendinum edificare. Aquas educere. Qui fugam acceperit cito inuenietur. In lecto quis cederit vir euadet. Somnum habebit effectum si bonum est. si malum non nocebit. Infans natus traditor erit. **C**Quinta die natus est Absolon. Salum est fugere quia mortuus aut ligatus pronuntiatur. Furtum non inuenietur. Qui infirmabitur cito morietur. Somnia suspensa erunt. Infans natus imenis morietur. **C**Sexta die Ebron natus est. Infantes ad scolas mittere; ad venandum ire bonum est. Furtum inuenietur. Infirmi cito sanabuntur. Somnia non dicas. Infans natus vitalis erit. **C**Septima die Abel occisus est. Sanguinem minuere bonum est; et pecudes dormare. Qui fugit cito inuenietur. Furtum inuenietur. Conualescet infirmus. Somnia certa erunt. Porcos emere et nutrimentum facere bonum est. Infans illa die natus vi-



talis erit. **O**ctana Matusalem natus est. Bonum est ambulare. Infirmitus longo tempore languescit. Somnia vera erunt. Infans si natus fuerit bonus erit. **N**ona Nabuchodonosor natus est. Hec dies nec bona nec mala est. Somnium cito manifestum erit. Eger die egrotatur si non infra octo dies morietur. Infans natus vitalis erit. **D**e cima Noe natus est. Omnia bona sunt facere. Somnia vana erunt. Qui incident in tribulationes non curet quia non durabunt. Infirmus in decepi diebus morietur. Infans si nascitur multas regades circuit. **U**ndecima Samuel natus est. Semen seminare. Somum mutare bonum est. Somnium in paucis diebus apertum erit. Infirmus longum tempus iacebit tamen liberabitur. Infans qui natus fuerit in omni artificio erit astutus; et etiam vitalis. **D**uodecima natu est Canaan. Nibil agendum est. Eger in. viii. diebus morietur. Somnia certa erunt. Infans si natus fuerit religiosus erit. **T**ertiadecima malum est incipere seu facere aliquid. Eger longo tempore infirmabitur. Sonia in. xi. diebus expletum. Infans si nascitur vitalis erit. **Q**uartadecima dñs benedixit Noe propter opera sua. Bonum est facere ola. Eger cito liberabitur. Somnium suspensum erit. Infans natus perfectus erit. **Q**uintadecima est indifferenter nec bona nec mala. Eger non morietur de illa infirmitate. Sonia post decem dies certa erunt. Infans natus luxuriosus erit. **S**extadecima Jacob natus est. Equos et boues emere et domare bonum est. Eger nisi mutet in aliâ domu morietur. Somnium per aliquod tempus habebit effectum. Infans si nascitur vitalis erit. **D**ecimaseptima periret Sodoma et Somorra. Malum est omne negotium facere. Ego medicinae prosunt; et dies iacebit in infirmitate. Somnium in. ix. diebus vel. xxx. verum erit. Infans si nascitur felix erit. **D**ecimaoctaua Isaac natus est. Bonum est negociari. Eger morietur. Somum tertiu erit. Infans si nascitur in oibus acquisitor erit.

**C**ecimana natus est Pharaō hebreos effugiens.  
Mibil facies. Eger cito surget. Somnium tertia die verū  
erit. Infans si nascit̄ latro erit. **C**avigesima natus est Jo-  
nas propheta. Bonum est facere omnia. Infirmus diu ia-  
cebit. Somniū apertum erit. Infans si nascitur latro crit.  
**C**avigesimaprīma natus est Saul. Vestimenta gratularis  
Nutrimenta emere bonum est. Furtū inueniet. Eger mo-  
rietur. Somniū vanum est. Infans si nascitur laboriosus  
erit. **C**avigesimasecūda natus est Solias. Negociari val-  
de graue est. Eger moritur. Somniū certū erit. Infans si  
nascitur bonus erit. **C**avigesimatercia natus est Benia-  
min. Omne id quod facis honoris cst. Eger non diu ia-  
cet. Somnium non erit verum. Infans si nascitur pulcher  
erit. **C**avigesimaquarta natus est Japhet. Indifferenter  
nec bona nec mala. Eger multū iacebit tñ surget. Sōnia  
vana sunt. Infans si nascitur bonus erit. **C**avigesimaqua-  
ta intravit mortalitas in Egyptum. Eger moritur. Som-  
nium certum erit. Infans si nascitur multa pericula pacit.  
**C**avigesimasexta Moyses mare diuisit; et mortui ierunt  
San et Jonathas. Mibil facies. Eger moritur. Somnia  
certa erunt. Super ea peregrinatio contingit. Infans si  
nascitur nec dives nec pauper erit. **C**avigesimaseptima  
pluit manna in egypto ad filios israel. Omnia bona sunt  
facere. Eger sanabitur. Somnia suspensa erunt. Infans  
si nascit̄ amabilis erit. **C**avigesimaoctaua nati sunt Lata-  
riores. Etiam omnia bona sunt. Eger confortabitur. Som-  
nium non nocet. Infans negligēs erit. **C**avigesimanona  
interfecit Herodes infantes. Mibil facies. Sōnia certissi-  
ma erunt. Eger sanabit̄. Infans si natus fuerit erit pla-  
bilis apud boies. **C**Tricesima natus fuit Samuel pphe-  
ta. Omnia bona sunt facere. Eger usq; ad mortem debili-  
tatur tamen surget. Somniū in quin; diebus cōvertitur  
in gaudium. Infans si nascitur astutas erit.

**C**Finunt dies Lune. Sequuntur Somnia.

- A**rbores videre vel ascendere significat honores  
Arbores cum fructibus videre sig. lucrum  
Arbores aridas videre sig. deceptionem  
Arbores magnas videre sig. expeditionem  
Arbores abscondere sig. damnum  
Arborem se esse sig. infirmitatem  
Argentum comedere sig. lucrum  
Armatos videre bonum signum est  
Armatos contra se venire. s. molestiam  
Arare se videre significat labores  
Arcum portare. s. desiderium vel tormentum  
Arcum trahere. s. honorem vel formidinem  
Asinum videre sig. malitiam  
Asinum videre sedere sig. labores  
Asinum audire clamare sig. damnum  
Aquam calidam bibere. s. infirmitatem  
Aquam putridam bibere sig. idem ut supra  
Aquam claram bibere bonum signum est  
Aquam super se videre volare. s. honorem  
Aquilas plures videre volare. s. cooperatorionem de mil-  
tis aduersitatibus.  
Aues capere significat lucrum  
Aues audire loqui bonum signum est  
Aues inter se pugnare. s. aduersitates  
Aues super se videre volare. s. nocumentum  
Aues plures videre. s. damnum  
Aues mortuas videre. s. tribulationes  
Aurum tractare seu comedere. s. iracundiam  
Aurum et argentum tractare. s. expeditionem de factis suis  
Apes capere. s. lucrum  
Apes cum fructibus videre. s. peregrinationem  
Aues intrare in domum. s. damnum  
Aues suffocare. s. lucrum  
Barium tollere. s. securitatem

Agnulum dare significat damnum  
Agnellum vel capreolum videre. s. consolationem  
Agnellos pascere seu domare. s. penā vel tormentum  
Adulterium committere. s. lites vel scandalum  
Altare videre. s. honores  
Altare discooperire. s. hilaritatem  
Ad sacrificii ire. s. hilaritatē. Adorare deū. s. idem  
Acerem clarum videre. s. lucrum  
Acerem turbidū videre. s. expeditionē negocij  
Acetum portare. s. infirmitatem  
Ardentem ignē videre. s. diluvium aut mutationem loci  
Ascendere in celum. s. honorem  
b. Aculum habere in manu. s. infirmitatem  
Bannum id est preceptum facere. s. tedium  
Bannare seu preceptū videre facere. s. iracundiam  
Bannū seu preceptū audire et non videre. s. infirmitatem  
Barbam rasam babere. s. tribulationes  
Barbam longam babere. s. fortitudinē vel luctū  
Barbatum se videre. s. molestiam  
Boues pascendo bonum signum est  
Boues pinguis videre. s. bonum tempus  
Boues macros videre. s. caristiam rez  
Boues videre arare. s. lucrum. Boues dormire. s. malū ipsi  
Boues ire ad aquas malum signum est  
Boues albos collocare. s. honores  
Boues nigros videre. s. periculum  
Boues sine carnibus videre. s. expeditionē inimicorum  
Barbam videre extrahere signū pessimum est  
Barbam videre tonsam. s. peccatum  
Barbam videre lavare. s. hilaritatem  
Barbam siccā videre. s. hilaritatem  
Barbam paruam babere. s. litigationes  
Baptizare videre. s. magnam infirmitatem  
Brachia infirma babere. s. tormentum

Brachia pulchra habere. s. anxietatem  
Brachia sicca habere pessimum signum est  
Benedicere se videre. s. hilaritatem  
Beneficiū facere. s. hilaritatem  
Bestias videre loqui. s. molestiam  
Bestias uidere iniucē facere ruitores. s. defensionē & iūnctis  
Bestias domare. s. habere gratiam  
Bestias capere aut videre inclinare ipsas. s. tribulationes  
Bordonem id est trabem videre. s. deceptionem  
c Coronam tollere. s. hilaritatem  
Coronam de auro habere. s. dignitatem  
Coronā de auro in capite habere. s. litigationes  
Coronā de diversis coloribus. s. equalitatem temporis  
Caput album. s. hilaritatem  
Caput cū crinibus longis. s. honorem  
Caput tonsum. s. damnum  
Caput lauare. s. liber esse de periculo  
Caput alterius videre lottū esse malū est  
Caput valde albū habere. s. lucrum  
Capita duo habere. s. societatem  
Crines de capite tollere. s. perdere amicos  
Celū sumosum seu ruberū. s. crescentia iniquitatum  
Celum floridum. s. vnitatem  
Cecum videre. s. solutionem  
Currere velle & non posse. s. infirmitatem  
Currere velociter mente. s. hilaritatem  
Candelas facere. s. hilaritatem  
Calciamenta noua habere. s. consolationem  
Calciamenta perdere. s. damnum  
Cantatrices videre. s. planctum  
Calciamenta antiqua. s. tristitiam  
Caderē se videre. s. dehonorari vel scandalizari  
Caderē in aquā & non posse leuare. s. morte vel periculū  
Candelabri accensum videre. s. hilaritatem

- Capras vel bircos videre. s. abundantiam  
Comedere videre. s. consolationem  
Coruos videre. s. rixas habere  
Claves perdere. s. iracundiam  
Castellum videre. s. securitatem  
Columnam de domo cadere significat morte de magnis  
bominibus.  
Carnem humanam comedere. s. labores  
Carbones mortuos videre. s. expeditionem  
Carnes assatas comedere. s. peccatum  
Carnes crudas vel siccias comedere. s. tristitiam  
Carta legere. s. variatione fidei vel bonum mensem  
Carta videre scribere. s. accusationem. Sed radere. s. se in  
orationem mittere  
Libaria comedere. s. damnum  
Crucem videre portare. s. tristitiam  
Crisma spargere super se. s. gratia sancti spiritus  
Campana audiire sonare. s. diffamiam  
Corpus videre valde bonum signum est  
Corpus Christi videre. s. magnam gregem  
Cum ferro videre se vulnerari. s. damnum  
Cum diabolo se videre cōbattere seu pcutere. s. infirmitates  
Cum carne iocari bonum signum est  
Cum bestiis quatuor pedibus ire. s. infirmitatem  
Cum meretrice cadere. s. securitatem  
Cum sua muliere facere matrimonium. s. periculis  
• Cum magnis dominis loqui vel intrare in aliquem locum  
significat hilaritatem  
Cum philosophis loqui. s. lucrum  
Cum inimico loqui. s. se cauere de ipso  
Cum pedibus infirmis ambulare significat iniuria  
Cum serpentibus pugnare. s. vincere inimicos  
Cum falcone ire vel super manum portare s. honorem  
Carrum seu rotum videre. s. infirmitatem

**C**anes audire latrare vel ab ipsis molestatum esse. s. supe  
rare inimicos. **C**adere de celo. s. hilaritatem  
**C**aseum comedere. s. lucrum. Sed salatū caseū. s. malum  
**C**or sentire cadere in dolore; s. periculū vel infirmitatem  
**C**aput videre abscindere. s. infirmitatem  
**C**orpus pilosum videre. s. expeditionem in negotijs  
**C**orū audire cantare. s. planctum  
**C**orū super se volare. s. periculum  
**C**orū videre tollere de domo. s. morte vel perditionē  
**C**rucifigere videre. s. tribulationes  
**C**ymbalum audire sonare. s. contrarietatem  
**C**astratos videre. s. damnum  
**C**andelas non accensas videre. s. premium  
**C**alicem tollere. s. tristitiam vel infirmitatem  
**C**ultellum tollere. s. destructionē inimicorum  
**C**ultellum donare. s. inimicitiam  
**C**ibum quē comedisti prōcere. s. damnum  
**C**arbones ardentes in furno videre. s. bene  
**C**olumbā uidere. s. tristitia. **C**ū sororibus suis maritare  
fig. periculū. **C**imā de capite perdere. s. morte inimici  
**C**um filio suo loqui. s. damnum  
**C**adere ecclesiam. s. magnū periculū episcopi  
**C**adere tectū ecclesie parochialis. s. mortem plebani  
**E**um adorare vel sacrificare. s. hilaritatem  
**D**eum videre vel loqui cū sanctis. s. periculum  
**D**e ponte cadere. s. impedimentum  
**D**entes sanguinolentos. s. mortem  
**D**entes extrahere cum dolore. s. mortem aliquius  
**D**ucere mulierem. s. damnum  
**D**igitos videre abscindere. s. damnum  
**D**omū videre ardere. s. scandalum  
**D**omū purgare. s. penā vel tormentum  
**D**racones videre. s. lucrum  
**D**ulces res gustare. s. deceptionem

**D**iscum paratum vel mensam. s. bonum mensem  
**E**narios tractare. s. iracundiam  
**D**e serpentibus esse molestatum. s. superare inimicos  
**D**are osculum alicui. s. damnum  
**D**e imperatore babere audientia. s. lucrum  
**D**e rege habere vel accipere aliquid. s. hilaritatem  
**D**e magnis dominis habere vel accipere. s. hilaritatem  
**D**e aduersario suo habere molestia. s. expeditionem  
**D**e pannis de serico esse vestitum. s. honorem  
**D**omarc bestias silvaticas. s. damnum  
**D**entem ultimum vel penultimum maxille perdere. s. mortes  
proximi parentis  
**D**entes plures perderet. s. mortem amici. **D**escendere per  
scalam. s. hilaritatem. **D**e curro descendere. s. honores  
**D**e carro descendere. s. idem. **D**are aliquod alicui mortuo. s.  
damnum. **D**ominā seu mulierē parere. s. securitatem  
**e** **Q**uos nigros videre sedere. s. molestiam  
Equos albos. s. hilaritatem  
Equos videre ire. s. bonum tempus  
Equos rubeos videre. s. bonum tempus  
Equos mortuos videre. s. prosperitatem  
Equum dixerī coloris videre. s. expeditionem  
Equitare videre. s. bonum mensem  
Equum castratum videre. s. accusationem  
Equos videre descendere in altum. s. bonum mensem  
Esse osculatus a magnis hominibus. s. lucrum  
Edificare domū. s. solationē. **E**brius esse. s. infirmitates  
Edificare ecclesiam vel altare. s. nouū sacerdotem.  
**f** **E**sta magna videre. s. hilaritatem  
Fabulare seu loqui cum xpō. s. consolationem  
Fabulare cum virgine Maria. s. hilaritatem  
Faciem videre pulchrā. s. honorē. **S**z nigrā. s. longā vitā  
Faciem videre in speculo. s. habere filios  
Faciem in aqua videre. s. lucrum seu longā vitam

**S**eces viui videre aut ferrū tractare. s. longam vitam  
Fabas comedere. s. infirmitatē. fontanas claras videre  
sig. abundantia. fontanas turbidas videre. s. effusionem  
sanguinis. fontanā nasci in domo. s. hilaritatem  
Formicas videre. s. litē. Sed fetorē sentire. s. dolorem  
Fossas videre seu intus cadere. s. iniuriam  
Fantasma videre. s. angustiā. **S** filios vidē nasci. s. dāni  
Frumentū tractare. s. infirmitatem  
Fumū ardente videre. s. mutationem loci  
Fratres vel sorores videre mortuos. s. longā vitam  
Feminam nudam videre. s. mortem alicuius  
Feminam tollere. s. mutationem loci  
Feminas plures videre. s. murmurationē. Sed se videre  
esse feminam. s. infirmitatē  
Flumen turbatum preire. s. anxietatem  
Flumen intrare domum. s. abundantiam  
Flumen exire de domo. s. periculum de vita  
Flumen clarū. s. securitatē. Focū videre. s. damnum  
Flores colligere. s. hilaritatē. Farinā cernere. s. damnum  
**S** Allum audire cantare. s. bonū tempus  
Gallinam facere ouum. s. lucrum  
Gallinam se videre esse. s. anxiетatem  
Gallinam cum pullis videre. s. damnum  
Granum videre seu frumentum. s. rītas vel aduersitates  
Seminas videre. s. tristitiā. Gradus videre. s. dolores  
Grauatum se videre. s. anxiетatem  
Gladiatores seu interfectories videre. s. labores  
Gladiatores seu interfectories videre contra se venire si-  
gnificat deceptionem  
Sunellam id est tunicā albā vestire. s. hilaritatem  
Sabello id est camelum videre. s. aduersitates  
Siesia id est ecclesia iacere. s. mutationem vestimenti  
**H**ominem transmutatū in bestiā. s. offendere deum  
Dominum occidere. s. securum esse

Hominem vestitum de albo bonum signum est  
Hastam portare. s. securitatem  
Hastam destruere. s. labores  
Humanā carnē comedere. s. hilaritatem  
i. Aperatore videre. s. inuidiam  
In curia se videre. s. inuidiam  
Jocari cum pueris. s. beatitudinem  
Jacere cum sua matre. s. securitatem  
Jacere cum muliere. s. anxietatem  
In fontana clara lauare. s. hilaritatem  
In fontana putrida se lauare. s. accusationem  
In fontana turbida cadere. s. vt supra  
In fontanam clarā cadere. s. honorem  
In ecclesia se videre. s. hilaritatem  
In loco consecrato ire bonū signū est  
Ire cito vel currere. s. lucrum. Ire venandū. s. accusationē  
Ignē de celo cadere. s. magna facienda  
Ignē videre. s. damnum vel periculum  
In inferno se videre. s. tristitia  
In arborē se videre esse factum. s. bonum mensem  
Inimicos seu strages videre. s. tribulationes  
Incendiū sentire. s. periculum  
In borto ire seu ambulare. s. hilaritatem  
In mari se videre lauare. s. hilaritatem  
In flumine se videre lotū esse. s. hilaritatem  
Infirmū se videre. s. tristitiam  
In monte se videre. s. periculum  
In tabulas se videre depictum. s. longā vitam  
In lecto iacere. s. periculum mortis  
In balneo se videre. s. anxietatem  
In silua se videre ambulare. s. labores  
In igne se videre ardere. s. coleram.  
In terra se esse subterrātū. s. muriurationem  
In nauem paruam ascendere. s. infirmitatem

- L** Lunam albam videre. s. hilaritatem  
Lunam de celo cadere. s. infirmitatem  
Lunam decrescere. s. decrecentia principum  
Lunā sanguineam videre. s. peregrinationem  
Lunam obscuram videre. s. tristitiam  
Lunam nouā videre. s. expeditionē de negocijs  
Lunas duas videre. s. crescere honores  
Lupum videre. s. securitatem ab inimicis  
Lardum scindere. s. mortem alicuius  
Lardum comedere. s. excellere sociū in sensibus  
Luminaria videre. s. lucrum  
Lectum videre bene ornatum. s. hilaritatem  
Lectū videre pulchrū. s. mulierem fidelem  
Lac se vidē bibere bonū signū est. Leporē vidē. s. timore  
Leonē currere. s. erpeditionem de negocijs  
Leonem dormire. s. cooperationē suoz inimicoz  
Litteras impare idest videre se studere. s. hilaritatem  
**m.** Atrem videre viuam. s. hilaritatem  
Atrem videre mortuā. s. male  
Afontes seu capras videre. s. abundantiam  
Amanus lauare. s. molestiam  
Amanus maculatas videre. s. damnum vel periculum  
Amanus respicere. s. magnā infirmitatem  
Amanus videre. s. multos labores  
Apare clarum videre. s. erpeditionem negocij  
Apare quietum videre. s. hilaritatem  
Apare tempestatum. s. iracundiam  
Autum se esse factum. s. hilaritatē. t cito videbis  
Avori se videre. s. erbannitus  
Avortuū videre de parentibus aut amicis. s. hilaritatē  
Avantello siue pallio se vestire. s. securitatem  
Avortuum osculari. s. longam vitam  
Aedicunt se esse factū. s. hilaritatem  
Aedicines videre dare. s. vivere in paupertate

**N**āmillas plenas de lacte sīg. lucrum  
**N**ātrimonium facere. s. dāmmum  
**N**ōrtuum videre esse viuum. s. lucrum  
**N**ōnachum videre. s. mortem vel paupertatem  
**N**ōnachum se videre esse factum. s. tristitiam  
**N**āiestatē dei videre. s. mortem  
**N**edasonem colligere. s. hilaritatem  
**N**olimentū videre. s. depreciationem  
**N**el accipere. s. iniuriatum esse ab illis  
**N**āorem se videre esse factum. s. accusationem  
**N**uscas videre. s. iniuriatum esse  
**N**ulam parere videre. s. crescentiam rerum  
n **N**aves videre seu navigare bonum est  
**N**aves plures videre. s. furorem  
**N**aves plenas rebus videre. s. bonum tempus  
**N**aves in fortunis videre. s. periculum  
**N**aves magnas videre. s. impedimentum  
**N**udare seu spoliare se videre. s. impedimentum  
**N**udum se videre esse factum. s. labores  
**N**udum se videre currere. s. expeditionem de negočijs  
**N**ubes videre. s. discordiam. **N**uptias facere. s. dāmmum  
**N**ives videre bonum signum est  
**N**idum anium iuuenire bonum signum est  
**N**īsum capere. s. lucrum  
**N**uptias vel incantatrices videre. s. discordiam  
**N**ebulas descendere ad aquas signum bonum est  
o **C**ulos aut dentes pdere. s. morte alicuius amicū  
**O**ssa mortuoz videre. s. magnos labores  
**O**livas colligere. s. lucrum  
**O**leum super se sparsum vel fusum. s. lucrum  
**O**zare vel orationes perficere. s. beatitudinem  
**O**rganum videre sonare. s. iracundiam  
**O**pera magna tractare. s. impedimentum  
**O**ua alba videre bonum signum est

Qua videre que sunt alterius coloris q̄ albi s. damnata  
Qua rupta videre malum signum est  
Ordeum purgare aut mouere s. hilaritatem  
p. Luiiam videre s. abundantiam  
Palmas tollere s. honores  
Panem album comedere s. lucrum  
Panem nigrū comedere s. tristitiam  
Panem calidū tollere s. accusationem  
Panem de ordeo scindere s. hilaritatem  
Pilosum se vel alium videre s. fortitudinem  
Puteū euacuare vel intus cadere s. iniurias  
Pedes lauare s. anxiетatem  
Patrem suum occidere bonum signum est  
Perdere nasum s. fornicationem  
Perdere virgā virilē s. perdere generationem  
Piperem nigrum comedere s. iracundiam  
Piperē terere s. anxiетate  
Porcos aut plumbū tractare s. magnā infirmitatem  
Picturas videre s. deceptionem  
Pisces viros videre s. pietatē s. magnos hilaritatē  
Pisces capere malum signum est  
Pisces marinos videre s. anxiетatem  
Poma comedere s. iracundiam  
Poma colligere s. molestiam  
Plures fructus videre s. hilaritatem  
Pontem ruptum transire s. timorem  
Processionem vel crucem videre s. mortem  
Pullos audire cantare vel eos capere s. hilaritatem  
Pucros videre bonū est  
Parem videre s. consolationē  
Pulices tractare s. molestiam  
Palatiū vidē vel i eo dormire s. destructionē vī tormentū  
Decora tollere s. lucrum  
Decudes inter se rumores facere s. iracundiam  
Plures res videre s. mortem multarū personarū

- r Ubeam tunicam habere. s. sanguinis effusionem  
Rosas videre vel habere. s. hilaritatem  
Regem vel reginam videre. s. hilaritatem  
Regem videre mori. s. damnū. Recie videre. s. pluuiā  
Ruinam videre. s. deceptionem  
Radices comedere. s. discordiam  
f Anguinem videre vel exire. s. damnū  
Salatas res tractare. s. infirmitatem  
Solem clarum videre. s. stabilitatem dominoꝝ  
Solem tenebrosum. s. periculum dominoꝝ  
Stellas cadere de celo. s. periculum imperatoris  
Solem cum luna videre pessimum signum est  
Sanguinem amittere. s. dolorem de culo  
Sotulares ruptos habere. s. damnū  
Serpentes occidere. s. inimicos vincere  
Super spinas ambulare. s. inimicoꝝ destructionem  
Scalā videre. s. deceptionē. Sed scalā ascēdere. s. honore  
Surgere videre. s. angustiā. Siluā videre. s. hilaritatem  
Saltare videre. s. damnū. Statuā videre. s. amicitiam  
Saltare videre. s. iniquitatem de magnis rebus  
Serpentes multos videre. s. deceptionem de semina  
Sagittas trahere cum arco. s. magnam angustiam  
t Abulas aut cartas videre. s. hilaritatem  
Tonitrua audire. s. verba iniuriosa  
Tetlam videre aut texere. s. deceptionem  
Terremotū audire. s. maliciā de isto loco  
Testamentū facere malū est. Tenebras videre. s. pectū  
Tauros seu tensonare videre. s. hilaritatem  
v Estes nouas habere. s. honorem  
Estes videre ardere. s. malum  
Estes rodatas seu ruptas. s. damnū  
Estes rubeas h̄re. s. iracundiā. h̄ varias. s. anxiетatem  
Volare se videre. s. imutacionem loci  
Volucres plures videre. s. litigationes et tristitiam

Virgines tollere signat hilaritatem  
Vitrum frangere significat angustiam  
Unguentum facere signat molestiam  
Ungues absindere signat anxietatem  
Vinum buiscum bibere signat bene  
Vinum turbidum bibere signat tristitiam  
Vites plenas viuis videre signat hilaritatem  
Vucas albas colligere. s. lucru. Sed nigras. s. molestia.  
Vucas calcare cū pedibus sig. inimicos superare  
Vela videre malum signum est  
Virgines habere sig. hilaritatem  
Videre se esse spoliatum sig. damnum  
Videre se lucrari in aliquo signat securitatem  
Videre se esse hilarem signat tristitiam  
Videre se esse infirmum signat molestiam  
Videre se vulneratum aliquo ferro. s. prohibitionem  
Videre se hie domū pulchra signat peregrinationem  
Videre se ardere signat molestiam  
Videre se esse custodem sig. testimonium  
Videre se esse auem sig. destructionem.  
v. videre signat hilaritatem  
xpm crucifixisse sig. infirmitatem  
y. plenas de terra videre. s. solationem  
y. lmnos seu laudes cantare. s. impedimentum  
z.inctura de auro se cingere. s. gaudii vel inuidiam  
zincturam perdere. s. damnum  
zincturam de argento tangere. s. honores  
zinctura noua. s. honore. Sed rupta. s. damnum  
zinctura antiqua se cingere. s. labores  
zizanias seminare. s. scandalum  
zibollas comedere vel videre significat dolorem oculorum

**S**omnia Danielis prophete finiunt feliciter.